UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè peragendi, & per ea salutem& perfectionem propriam, ac proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

Mensæ, in quibus fit refectio.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-54773

Visual Library

etiam, ut magis te recolligens ſine diſtractione ores. *Retulerunt, quanta feciſſet Deus, & quia aperuiſſet gentibus oſtium fidei,* Act. Apoſt. 14. Ut hoc pluribus aperiatur: ora indies. *Oſtium apertum eſt in cælo.* Apoc. 4. Tu in Spiritu intra, & vide ſedentem in throno. *Attollite portas Principes veſtras, & elevamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ.* Pſ. 23.

Menſæ, in quibus fit refectio.

DIſpone vobis, ut edatis & bibatis ſuper menſam meam in regno meo. Luc. 27. *Uxor tua ſicut vitis abundans in lateribus domûs tuæ. Filii tui ſicut novellæ olivarum in circuitu menſæ tuæ. Ecce ſic benedicetur homo, qui timet Dominum.* Pſ. 127. *Manus tradentis me mecum eſt in menſa.* Luc. 22. Judas eſt, qui in ſtatu peccati mortalis ſumit Euchariſtiam, & qui fraudulenter agit cum cibante ſe. *Non poteſtis menſæ Domini participes fieri, & menſæ Dæmoniorum.* 1. Cor. 10. Utrumque affectat Pſeudopoliticus.

Cella, Cellaria.

INtroduxit me Rex in cellam vinariam, ordinavit in me caritatem. Cant. 2. Dando vinum devotionis & amoris, ordinando amorem ſuum erga me, quo me ſibi ſubjiceret, & meum erga ſe, quo me meaque omnia in ſe raperet ac transferret. *Emittet Dominus benedictionem*

ſuper